



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Regale Sacerdotivm

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1615

Cap. 1. De prima Sacerdotum institutione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54698](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54698)

LIBER PRIMVS,
DE
SACERDOTVM
DIGNITATE.

CAPVT I.
DE PRIMA SACERDOTVM
institutione.

SACRVM Sacerdotium nobilitate ipsa nobilius, & regno regalius; à Deo ipso immediatè originem trahit, omnemque humanam institutionem longè transcendens, auctorem alium non habet quàm Iesum Christum, institutorem alium non agnoscit præter Spiritum sanctum; ne verò me quis exotica & paradoxa asserere credat, Euangelistæ verbis ea quæ dixi confirmabo.

Iesus Christus Sacerdotium instituit.

Dominus Iesus accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. Hoc facite in meam commemorationem. Hoc loco, vt semper hæctenus credidit Ecclesia, noni testamenti Sacerdotes Dominus instituit, atque ita id asserit sacrum Concilium Tridentinum

Luc: 22. ☩
1: Cor. 11.
Christus sanctorum ordinum auctor.
Sess 2. c. 1.

Idem Christus apud Ioannem summi Pontificis vices agens, ac primos Ordines perficiens, hisce verbis vsus est, sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Hæc cum dixisset, insufflauit, & dixit eis,
A Accipite

cap. 20.
Christus Sacerdotis auctor.

LIBER PRIMVS

Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. &c. Missio hæc institutionem requirit & denotat, atque ipsa remittendorum peccatorum potestas, Sacerdotali ordini annexa est.

sess. 24. c. 1.

Sacrificium, ait Generale Tridentinum Concilium, & Sacerdotium ita Dei ordinatione coniuncta sunt, ut vtrumque, in omni lege extiterit, &c. Cum igitur in nouo Testamento, diuinam institutionem Catholica Ecclesia, sacrosanctum Eucharistiae sacrificium, sacrificium inquam visibile, receperit; fateri etiam necessario oportet, in eadem nouum, visibile & externum quoddam sacerdotium contineri. Eundem porro Iesum Christum eius institutorem auctoremque extitisse, & in sacerdotio Apostolis omnibusque eorum successoribus consecrandi, offerendi, & administrandi sui pretiosi corporis ac sanguinis potestatem, simul etiam peccatorum remittendorum aut retinendorum auctoritatem dedisse, & sancta scripturarum testimonia docent, atque indeficiens continuaque Catholicae Ecclesiae traditio, hactenus inuiolate tradidit. Innuere igitur sacrum Concilium Tridentinum, voluit, Sacerdotium & sacrificium relatiua esse, quæ difficulter admodum à se inuicem separari queant, & Iesum Redemptorem cum alterum in Euangelio instituerit, alterius pariter auctorem & fundatorem esse.

Regia & Sacerdotalis dignitas collocata cum duobus luminari- bus magnis. Gen. I.

Cum omnipotens ille omnium architectus, mundi machinam conderet, omniaque à non esse ad esse deduceret, fecit duo luminaria magna: *luminare maius, ut præesset diei; & luminare minus, ut præesset nocti.* Idem omnino fecit cum Ecclesiam suam reformaret ac tum duo alia magna luminaria

naria creavit; vnum maius & minus alterum, regiam scilicet dignitatem & Sacerdotalem; illam vt tenebrosiss & obscurioribus terre rebus dominaretur, hanc vero vt rerum spiritualium diei præesset, atque à duorum horum luminarium maiorum splendore claritateq; quidquid in inferiori hoc orbe reperire est, dependet, atq; vt sole carere mundo difficile est, ita Ecclesiæ, sacerdotio difficillimum.

In nouo Testamento, vt trium doctissimorum virorum testimonio constat Sacerdotium post redemptorem Christum à Petro suam duxit originem; primus enim ipse fuit, cui supremus Ecclesiæ Pontificatus fuit collatus, cum diceret ei Christus, Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo clauis regni cælorum. Adeo vt primus ipse fuerit, qui ligandorum soluendorumque aliorum à Domino potestatem acceperit. In nouo, inquit testamento post Christum Dominum nostrum, à Petro sacerdotalis cæpit ordo, quia ipsi primo Pontificatus in Ecclesia Christi datus est. Vnde inferre sancti hi Patres volūt, Christū, eo quod Petrum primum Sacerdotem instituerit, vniuersi etiam in genere sacerdotij ordinumque sacrorum institutorem & originem esse.

Porro Sacerdotiū Mosaicum in nouum & Evangelicum commutatum est, quique per Prophetas dixerat, se veniēte omnia renouanda, figuris in veritatem, vmbri in realitatem, cæremonijs in mysteria vera transcuntibus; e rubiginosa & exesa quadam lamina, nouum omnino opus produxit, nouum inquam sacerdotium instituit: cumque nouum conderet testamentum, noua etiam munia condi par erat, & veteri sacerdotio

Primus post Christum Sacerdos Petrus Apost. S. Anacleto Epist. 2. ad Episc. Ital. dist. 21. c. 10. S. Isidor de Eccles. offic. lib. 1. c. 5. Burchard. l. 1. c. 1.

Apoc. 21. Sacerdotium vetus in nouum mutatum: Matth. 26.

cerdotio sepulto & abolito, nouum longeq̄ue
excellentius & dignius procudi.

Heli Sa- Heli Sacerdos, cuius oculi lippientes caliga-
cerdotium bant, quiq̄ue videre vix poterat, è sella retror-
expositum sum cecidit, ipsoq̄; fractis ceruicibus extincto,
allegoricè. sacerdotium quoque illius extinctum est, &
illo finiente dignitas finita successori locum
1. Reg. 4. concessit; *Heli autem erat nonaginta & octo anno-
rum, & oculi eius caligauerant, & videre non pote-
rat.* Infaustum & triste præfagium, quo veteri-
bus sacrificijs & sacerdoti Aaronico, cuius ocu-
li ita caligabant, vt nihil omninò in mysterijs
ipsis perspiceret, mortem instare & tandem a-
liquando extinctum iri prænuntiabatur, i-
psumq̄ue è Pontificia cathedra prolapsum, alteri
ius suum & dignitatem concessurum.

Ezech. 8.

Aman purpuratus, quod insolentius sese in
Assueri aula gessisset, & coniurationem in caput
regium machinatus esset, regia beneuolentia
excidit, aulaq̄ue pulsus in crucem actus est, &
dignitatis honorumq̄ue suorum Mardocheum,
què immortali odio prosequabatur, successorè

Sacerdotiũ vidit: *Tulitq̄; rex annulum quem ab Aman recipi
vetus abo- iusserat, & tradidit Mardocheo.* Ita cum summus
litum per veteris legis sacerdos superbiret, & aduersus
nouum. Iesu Christi veri regis maiestatem conspirasset,
eius beneuolentiam amisit, omnibusq̄ue hono-
ribus, & sacerdotio imprimis spoliatus est, e-
iusq̄ue in locum humilis Petrus successit, digni-
tatisq̄ue summæ hæres factus est.

Lex noua
veterem
sepeliuit.
Exod. 18.

Manna cibus ille Angelicis manibus effor-
matus, igni quidem & flammis non cedeat, sed
ad exortum solis liquebat: *Colligebant autem
manè singuli, quantum sufficere poterat ad vescen-
dum: cumq̄; incaluisset sol, liquefiebat.* Mirum pro-
fecto

DE SACERD. DIGNIT. CAP. I.

fecto & stupendum, radijs id solaribus cedere, quod ignis tamen ardorem superabat: sed occultum hic latebat mysterium, & veteris Sacerdotij in nouū commutatio ita insinuabatur; scilicet mysteria quæ sub flamma & Mosaicæ legis rigore inuiolata & integra permanserant, ad primum solis iustitiæ exortum consumenda perituraque.

Fax illa coelica & mundi iubar sol, omnes ignes minores, quas stellas nūcupamus, ortu suo offuscat, ipsam etiam lunam lumine spoliat suo. Iesus Christus ingens ille mundi sol, quamprimum vt Ecclesiæ lux horizontem ortu cepit suo illustrare, vniuersa antiquæ legis Sacramenta, ipsum quin etiam sacerdotium, splendore suo obscurauit; & quis scit an hanc forsitan ob causam, ipso in crucem sublato sol, Luna & stellæ *Matth. 27.* furuo velatæ amictu lumen suum retraxêret?

Euangelium legem Mosaicam offuscavit.

Lucernam inquit Ven. Beda, per significationem rectè sacerdotium vetus accipimus, in nocte *in l. 1. Reg. quidem, sub vmbra seruientis populi pernecessarium, c. 8.* sed aspirante die nouæ gratiæ remouendū, &c. Lucerna enim noctu accendi solita, nō nisi eos qui in domo sunt, illuminat, ad eos qui foris versantur, lumen extendere nescia: sol verò ignium omnium radorumque princeps, cū exortus est, ita omnia circumquaque illustrat, vt tam ea quæ patula, quam quæ domesticos inter parietes conclusa sunt, radijs lumineque suo irradiet, adeo vt lucernæ lumen offuscet, eamque penitus reddat inutilem. Dicere igitur Beda vult, sacerdotium Euangelicum rutilantissimi solis instar esse, & veteris nonnisi lucernam, atque vt sole splendente nemo lucernam accendit, ita Euangelico sacerdotio instituto Mosaicum euandum prorsus fuit & inutile. CAP.

Sacerdotium vetus lucernæ, nouum soli comparatur.